

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1249 - 1250

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

auctoritate ac ea, quam nobis indulset dominus, potestate confisi omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad predictam ecclesiam causa devotionis accesserint vel pro relevanda ipsarum inopia manum eis porrexerint adjutricem, quadraginta dies de injuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. datum Lugduni 3 idus octobris, pontificatus nostri anno septimo¹.

5

T aus Straßb. Thom. A. Augustiner lad. 10 or. mb. c. bulla pend. Auf der Rückseite wohl von gleicher Hand: Albertus.

338. Meister und Rath der Stadt Straßburg beurkunden einen Schiedsspruch zwischen dem St. Leonhardshospital daselbst und der verwittweten Bürgerin Gisela mit ihren Söhnen, Baugerechtigkeiten betreffend. 1250 April 1.

10

Sifridus Ymago et Reiboldus filius Nicolai magistri burgensium et consules Argentinenses notum facimus omnibus presens scriptum inspecturis, quod, cum pro quodam edificio lis verteretur inter hospitale beati Leonhardi nostre civitatis ex una parte et concives nostros Gisela relictam Alberti Agni et filios suos ex altera, tandem mediantibus honestis viris eadem lis fuit ita decisa, quod jam dicta Gisela pro hospitali emit, ut edificium suum ita staret et permaneret, sicut constructum fuit, sub tali tamen condicione, quod ipsa et heredes ejus super murum suum sine dampno hospitalis canalem unum ponerent, in quem perpetuo caderet stillicidium domus hospitalis, in longitudine aree predictae Gisele. preterea due fenestralis versus curiam ejusdem Gisele constructe numquam debent obrui a memorata Gisela vel heredibus ac posteris suis vel lux earumdem fenestrarum inpediri. in cujus rei memoriam et stabilitatem perpetuam presens exinde pagina est conscripta et sigillo civitatis nostre in testimonium communita. acta sunt hec anno domini 1250, kalendis aprilis, presentibus hiis testibus: videlicet Alberto Bagario albo, Cârado Virnecorn, Hecelone de Eckevirdesheim, Burcardo Dispensatore, Rudolfo de Vegersheim, Johanne Vitulo, Hugone Riplino, Rudolfo filio Lentzelini, Friderico de Hagenouwe et aliis quam pluribus².

15

20

25

H aus Straßb. Hosp. A. docum. inut. lad. 44 fasc. 7 or. mb. c. sig. pend. delapso.

¹ Unter dem gleichen Datum erläßt Innocenz IV dieselbe Indulgenz auch für das St. Katherinenkloster zu Straßburg. Straßb. Hosp. A. lad. 125 fasc. 5 or. mb. c. bulla pend.

30

² Aus einer Urkunde vom Jahr 1250 Mai sind im Raths- u. Bürgerbuch fol. 9^b des Straßb. St. A. folgende Zeugen verzeichnet: Sifridus Ymago et Reiboldus filius Nicolai magistri burgensium mit den Consuln: Walthero marscalco (bis hierher von einer Hand des 15ten, nun von einer Hand des 16ten Jahrh.), Friderico de Uffwilere, Alberto Bagario albo, Heinricho de Wolfgangesheim, Hetzelone de Eckefurdesheim, Burckardo Dispensatore, Rudolfo de Vegersheim, Johanne Vitulo, Hugone Ripplino, Hugone de Scilteneim, Heinricho filio Marsilii, Friderico de Hagenouwe, außerdem Gozberto ministro fratrum, Herbene filio judicis, Reinboldo Stubenweg, Friderico inter mercatores, Gozzone et Herbene filiis Nicolai, Reiboldelino, Rudolfo filio Lentzelini.

35